

P R A X I S
E P I S C O P A L I S

Prima Pars.

IN QVA, ULTRA EA, QVÆ A SACRIS
Cænonibus, sacroq[ue] Concilio Tridentino, decisa sunt,

ETIAM QVÆ PER VARIAS BVLLAS DIVERSORVM
summorum Pontificum, ac Responſiones Illuſtriſſ. Cardinalium ſacra Congre-
gationis, uſque ad hodiernum diem circa id declarata, limitata, aut ampliata
ſuerunt, quam breuiſſimè continentur.

AUCTORE REVERENDISSIMO D. THOMA ZEROLA

Beneuentano, Epifcopo Minoreniſi, S. Th. D. & V. L. Profefſore.

ET CENSURA APOSTOLICÆ SACRÆ SANCTIſſ. ROMANÆ APOSTOLICÆ

Nunc demum locupletior: necnon literarum diuerſitate, qua verba textus ſunt à legum
authoritatibus ſecreta, longè tum commodior, tum correctior reddita.



LVGDVNÆ
Sumptibus Horatij Cardon.

MDCCXXV.
SVPERIORVM PERMISSV.



SANCTISSIMO
D.N. CLEMENTI VIII.
PONT. MAXIM.

THOMAS ZEROLA BENEVENTANVS
perpetuam felicitatem.



IRA gubernandi vigilantia nauim Ecclesiae, Ouium totius Christianae Reipublicae uestricem, pio Saluatoris nostri cruore redemptam, hoc, in tot haereseos procellis, diuersis bellorum ventis, latronu nimbis, & turbine pelago iactatam turbulento, temporibus hisce calamitosis, rebuque propemodum exulceratis omnibus, Sanctissime Pater, tutanda, regendaque suscepisti. Deus qui est benedictus in saecula, ipsi adeo laboriosissimae curae Maiestatis tuae sit adiumento. Verum huius oneri, humeris formidando Angelicis, omnium sollicitudo Ecclesiarum accessit: qua Sanctitas tua proculdubio infirmatur assidue: quam vastissimi laboris, ac indefessi studij machina Romana pro tota Republica, siue du Doctor eras integerrimus, siue Cardinalis, & Legatus a latere solertissimus expertus es: dicta, ac facta abs te sapienter tot in priuatis, publicisque bene gestis negotiis clarissime testantur, quibus diuini humanisque iuris praestantissimarumque omnium Artium exactissimam tibi cognitionem comparasti. omittam fortassis Poloniae Legationem, ad cuius Regni sceptrum cum multi variis ex nationibus conuolassent Principes, vastissimis fauoribus, vel armis freti, tu singulari animi magnitudine omnia composuisti: verum hoc non immerito, cum ab ineunte aetate conrescentem prudentiam, iustitiam, inuicti fortitudinem animi, constantiam, modestiam, omneque virtutum decus summa omnium admiratione vendicaueris, & ita quidem, ut dignus fueris, qui diaturna collatione intra sacrosanctum Illustrissimorum Cardinalium conclaue habita Spiritu sancto caelitus afflante, vnanimi omnium consensu in Maximum Pontifi-



PRAEPRAXIS EPISCOPALIS

REVERENDISSIMI

D. THOMÆ ZEROLÆ

Beneventani Episcopi Minorensis,

PARS PRIMA.

ABSOLVTIO.

SVMMARIVM.

- 1 **A**N Episcopus in sua diocesi residens possit absolvere subditum suum, vel quempiam irrecitum aliqua censura ecclesiastica à iure, vel ab homine in aliena diocesi.
- 2 An absolutio habita tempore Iubilei, vel alio suffragetur in foro exteriori.
- 3 An infirmus, qui amisit loquelam, & non potest per nutum, vel per signa aliqua exteriora confiteri, possit absolui sacramentaliter.
- 4 An Episcopus per cap. licet, sess. 24. sacri Conc. Trid. possit absolvere hereticum occultum.
- 5 An confessarij tempore Iubilei possint absolvere ab heresi occulta, si in eo detur huiusmodi facultas sub clausulis generalibus.
- 6 An confessarij tempore Iubilei possint absolvere à casibus episcopalibus absque licentia ipsius Episcopi.
- 7 An Episcopus existens extra suam diocesim possit absolvere subditum suum irrecitum aliqua censura ecclesiastica lata à se, vel à iure, vel ab homine, modo non sit alicui reservata.
- 8 Quibus casibus alicui est deneganda absolutio.
- 9 Qua praxi utendum in absolutione ab excommunicatione.

AD PRIMVM. Absolutio ab excommunicatione lata ab homine haberi debet ab eo, qui eam tulit, ita communiter Doct. in cap. pastoralis, §. praterea, de offi. deleg. Nauar. c. 17. nu. 40. notab. 3. Syluest. in ver. Absolutio, primo. nu. 2. ver. 1. Angel. in ver. Absolutio, 1. num. 8. Armill. eodem ver. num. 3. 6. Flor. Theol. in 4. sent. tract. de excomm. con. 2. §. 6. Caiet. in sum. in ver. Absolutio ab excommunicatione, cap. ult. D. Thom. in addit. 3. part. quaest. 24. art. 1. in cor. sum. Asten. lib. 7. nu. 14. 9. 5. & est communis omnium Doct. antiquorum. Innoc. in c. prudentiam, nu. 13. de off. deleg. Secunda opinio & venior est, Nauar. 27. n. 44. Sol. in 4. sent. Zerolæ Praeprax. Episc. Pars I. A dist. 22.

PRAXIS
EPISCOPALIS
Secunda Pars.

IN QVA SVMMA OMNIUM
Bullarum summorum Roman. Pontificum,

*DILUCIDATIONVM ILLVSTRISSIMORVM S. R. E.
Cardinalium, sacrarum Congregationum,*

ET RECENTIORVM DECISIONVM, RERVMQVE
magis practicabilium, Laconicè continetur, Prælati omnibus. vtilissima.

*AUCTORE REVERENDISS. D. THOMA ZEROLA
Beneuentano, Episcopo Minorensi.*

EX CENSURA MAGISTRI SACRI PALATII APOSTOLICI

Nunc demum auctior facta, & ad vsum hodiernum accommodata.

EDITIO NOVISSIMA.



LVGDVNI,

Sumptibus Horatij Cardon.

M. DCXV.

SUPERIORVM PERMISSV.



CYNTHIO ALDO-

BRANDINO, CARDI-
NALI OPTIMO,

SANCTISS. D. N. CLEMENTIS VIII.

Nepoti incomparabili,

LIBERALIVM STVDIORVM

amatorum amantissimo,

THOMAS ZEROLA BENEVENTANVS,

Episcopus Minorensis salutem.



ROMANI stipes Imperij Cæsar ille non impari, tam scribendo calamo, quàm dimicando gladio, diversorumque audiendo Principum legationes, animi solertia ingeniique vsus acumine, quo tria communiter incompatibilia, vno eodémque agebat tempore, dictabat, scribebat, auscultabat, dabatque responsa, Heluetiorum, Lutetiorum, Rhemensium, Britannorum, Ruthenorum, Germanorum, Belgarum, vniuersæque Galliæ, Thessaliæ, Magni Pompeij, Ægypti, Alexandria, Patthorum, Aphricæ, viri illius incomparabilis Catonis Uticensis, Hispaniarû, Cnei Pompeij, Labieni, plurimorumque bellicis perfunctus negotiis, summa demum rerum potitus, Romæ toti imperitabat penitus orbi. Ad hæc in ipso viro, alioqui bellicosissimo, humanitas, grauitas, pietas, modestia, & in suos etiã hostes singularis vigeat mansuetudo, quin, etsi manu sanguine aliquando cruentata conflictaretur, in aduersarios tamen clementia potiusangebatur, quàm iracundia, verbis priùs, quàm armis experiri, illudque hominum proprium, posterius belluarum esse naturæ lumine non ignarus. Testis sit Picænum, Pharsaliæ, Aphricæ, Hispania, Romanorum prouincia, Massilia, ac sinitimæ Ciuitates, ipsa Roma,



PRAXIS EPISCOPALIS

REVERENDISSIMI

D. THOMÆ ZEROLÆ

Beneuentani Episcopi Minorensis,

PARS SECVNDA.

ABSOLVTIO.



N Confessarij tam sæculares, quàm regulares, possint absol-
re à casibus Episcopalibus, vigore diplomatum concessorum
alicui loco, Religioni, vel Vniuersitati?

Ad hoc respondendum primò videtur negatiuè, determi-
natum enim est per responsionem factam à sac. Cong. Card.
Cardinali de Aretio, Archiepiscopo Neapolitano, prout in
*Catech. Neapolit. fol. 287. & multis Episcopis. nec valet dice-
re, quòd istæ responsiones sunt determinationes Cardina-
lium & non summi Pontificis, & sic non omnino, quia instat est, ac si essent summi
Pontificis, vt habetur in declar. sac. Congr. num. 272. in hæc verba: Eadem ratio haben-
da est de his que scribuntur à Cardinalibus sac. Cong. Conc. Trid. nomine ipsius Congre-
gationis, ac si à Papa scripta essent. & in Conc. Mediol. Prouinciali, 3. de sacram. Pœnit. §.
ne confessarij, & Conc. Prouinc. 5. §. ne facultatem, vbi habetur esse ipso iure cassata, re-
uocata, & annullata omnia priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispen-
sationes, conseruatoriæ, indulta confessionalia, Maremagnum, & aliæ gratiæ, in his
omnibus, & singulis, quib. illa statutis, & decretis sac. Conc. Trid. contrariantur. Bul-
la Pij IV. sub datum Romæ XV. Kalendas Martij 1565. Sed ista priuilegia Marema-
gnum, & alia huiusmodi, prout supra, aduersantur dicto Concilio, sess. 14. cap. 7. er-
go, &c. & vt hoc particulariter sciatur, dicam sigillatim, pro maiori notitia Praxis,
nec Rosarij, Cruciatæ, Conceptionis, Corrigiatorum, vel alterius huiusmodi indul-
gentiis, nec priuilegiis concessis ante vel post Concilium. ita in dicto Conc. 5. Mediol.
ex determinatione summi Pontificis.*

Respondendum secundò videtur, quòd possunt, quando in priuilegiis, gratiis, &
iubilæis essent hæc verba, vel æquipollentia, & similia, vt possint confessarij appro-
bati ab Ordinariis absoluere à casibus, & censuris, etiã Sedi Apostolicæ reseruatis,